

JOANNES STIGELIVS.

Quem juvat astrorum varios cognoscere
motus.

Intima quem cœli templa videre juvat.
Certus ut incedens aeterno tramite Phœbus.

Contiguum ducat sidera junctachorum.
Cur idem citius tepido vicinior austro,
Tardius arctoo vertice lapsus eat.

Ut varias errans adsumat Cynthia formas.

Fallat & aspectu lumina nostra suo.

Ut pars erronum motu properante ferantur.

Qui procul a media conspiciuntur humo-
Pars etiam lentis procedant segnius astris,
Aspectu tellus quos propiore videt.

Deniq; quem patrias animo juvat ire per
artes,

Nobile mortales ducimus unde genus.

Hæc signata suis consideret organa chartis.

Mox ipsum poterit mente videre Deum.